



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118863**

§. 59. Rebelles Calvinistæ terra marique a Regiis profligati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](#)

Sæc. XVII. Rohanæus vero ejus Frater terrelia  
A. C. 1625. expeditione Occidaniam depopula-  
tur, nullamque pacis spem reliquam  
faciebat, simulque rebelles in concepto  
Regem suum opprimendi proposito ma-  
gis obfirmatos reddebat.

## §. LIX.

*Rebelles Calvinistæ terra marique  
Regius profligati.*

*Daniel hist. de Franc.* Inde Ludovicus Rex Calvinianæ sefra-  
tom. 10. indolem plene edoctus, sat luculen-  
*Neuwill. hist. d'Holland.* ter prospexerat, quod contra subditos  
suos, quos nec clementiæ, oblatæque  
tom. 2. cap. 5. pacis media, nec Regiæ auctoritatis  
part. 21. Reverentia ad obsequium revocare po-  
terant, nonnisi ferro & armis sese in li-  
bertatem afferere cogeretur: serio igit  
tur bellum in eos movere statuit, Ba-  
tavosque rogavit, ut viginti navium  
classem, quam contra Genuenses in-  
struxerant, Anglicæ septem navibus  
bellicis validæ classi, necnon decem  
Gallicis navigiis ductore Montmoran-  
tio Franciæ Architalasso jungerent, &  
Subiustum tum sancti Martini ad Rea-  
plagas oberrantem insequerentur: In-  
terim Rex terrestrem expeditionem  
Toyrassio, San-Lucano & Rupifocal-  
dio procurandam commisit: Tantispe-  
maritimæ expeditionis successum re-  
tarda-

tardabat Subisius, qui Batavorum sub- Sæc. XVII.  
sidia veritus, ad Hotenum Batavæ A.C. 1625.  
classis Ductorem miserat supplicatum,  
de contra Hugonotas utpote ejusdem  
Religionis consortio sibi junctos fratres  
Galliarum Regi, qui Reformationem  
tanto labore in Belgio contra Hispanos  
stabilitam everttere niteretur, opem  
ferrent, cum id conscientiæ & Fœde-  
ratorum Ordinum honori adversaretur,  
aliunde vero pax vicina foret, eoquod  
Franciæ Rex Reformatorum postulatis  
Fontisbellaquei Mense Julio propositis  
nolens volens cessurus esset. His dictis  
fidem habuit Hotenus, uade in Gal-  
lici Regis iussa lento, parum cura-  
bat Architalassum Gallicum, eoque in-  
vito, cum Subisio inducias pacifceba-  
tur, obsidibus in securitatis pignus ut-  
rinque datis. Attamen Subisius Ru-  
pellensium sollicitatioibus impulsus,  
perfidia suæ factionis sociis sat usitata  
has inducias prior violavit, datisque  
in altum velis classem Batavam Gal-  
licæ conjunctam adorsus, Prætoriam  
navem incendit, atque Hotenum, qui  
ægre cum sexaginta militibus in cymba  
se morti subduxerat, fudit, depresso-  
que. Hæc Subisii perfidia Ludovicum  
tantopere commovit, ut omnes, quas  
Hugonotis concedere paratus erat, gra-  
tias revocaret, statimque Momorantio  
præci-



Sæc. XVII. præciperet, quatenus seditiones prælio  
 A. C. 1625. navalii lacefferet, & Toyraffii expeditio-  
 nem in Ream Insulam promovere fata-  
 geret. Hic ergo priusquam in præ-  
 tam Insulam moveret, militari astu Ru-  
 pellenes aggressus, viciniam urbis fer-  
 ro flammaque eo fine vastabat, ut Ma-  
 gistratus militem, qui ad Reæ littora  
 sub Subisio militabat, revocaret: ne  
 eum sua fefellit spes; mox enim Ru-  
 pellani milites Rupellam redire jube-  
 bantur; quo conspecto Lavallius nulla  
 mora cum tredecim navibus Regiis Ca-  
 put Bayæ invadit, planeque portum  
 occludit, non sine magna rebellium  
 clade, qui quatuor navigia sauciis ple-  
 na Rupellas transmisere. Eodem tem-  
 poris momento Toyraffius ad Reæ o-  
 ram suas copias exponit, & Subisio  
 totis viribus aggreditur. Atrox utrin-  
 que ac diuturnu committitur prælum  
 ancipiti tamen Marte, donec Mommo-  
 rantius, Rupifocaldius & Sanlucanus  
 exscensione facta, Regio militi viam  
 ad Insulam aperirent, classemque ini-  
 micam fugarent: Tum vero Mommo-  
 rantius ex classis fuga, & pugnæ impa-  
 tientia vecors factus, laudibili arro-  
 gantia vel hostium potiri, vel certe  
 mortem, alterutris inevitabilem op-  
 petere statuit.

§. LX.

